

lis sanguineis frontis, facta invisibilis: & invisibile nequit a vidente videri. Videt non ut est, sed prout cogitat esse, quæ nequam est ut cogitat: igitur hæc illa cum sit; quam cogitat, atque videt præsentem, non est hæc. Immundam & ægram iudicat: quam videt, ignorat. Multum plorat, multum amat. Non videt, quæ instat speculi, Solis radios in se transfudit: & in tanto splendore non vidit oculis visam, propter radiorum fulgurantium copiam. Aspexit, sed non distinxit. Erat plena luce, quæ apud illum videbatur obscuritate, qua profectò allucinatur; quippe in obscuritate nihil videtur. Erat sine macula, quam arbitrabatur immundam; & saluti restituta, quam cogitabat ægram. Ploravit, dilexit, & multum; in aqua & extra aquam exprimens Heliotropium, sequens Solem, in quo invenit mundiciam & sanitatem.

Quare si
suavis
Magdalenæ
est

Ovven.
4 Epig.
301.

V. 39.

Quam bene conveniunt contraria flumina flammis!
Ignis peccatum purgat, & unda lavat.
16 Vides hanc mulierem? Quæ tibi videtur? Quæ & qualis? Ægra? Immunda? Neutrum. Plorando, amando, peccata confessa. Non est, qualis præsumis, quæ ægritudine & impuritatem confessa lachrymis. Puri & purificati par est conditio, leg. final. s. 1. de Pupillar. subtit. leg. 5. C. 1. 19. n. 8. Vide Magdalenam, qualem. Non vides, dum vides hanc mulierem; quia nescis purificationis conditionem. Iam habet formam, quæ nec habebat speciem. Cogitas hanc esse, quæ erat in civitate peccatrix? Non est hæc, quia non talis, qualis fuit. Eadem, si tamen eadem: subdit Bernard. n. 4. Neutrum & utrumque videtur: & in utroque nihil visum, quippe neutrum. Tecta sunt peccata; & vanitque in puritatem peccatricis forma, factò prodigio, artifice amore & planctu; quòd Magdalena esset eadem, & non esset ipsa: & in ipsa rursum edificare-

Bernard.
Quomo-
do eadē
et non
ipsa

Zachar.
316.

tur Jerusalem in loco suo in Jerusalem; ut maior splendor libertatis gratia; quippe prius inter catenas infeliciter captiva. In loco suo, ut videretur, qualis reformationis ædificatio: ita enim eminebat gratia ex criminum poenitentia: eadem erat, quæ fuerat ferva: verum tunc non erat ipsa; sed speculum Solis, copia radiorum & lachrymis: quæ in sanguineas mox mutavit, dum eclipsim Solis in Calvario vidit.

Sanguis erat lachryma, quas dabat illa, verè.

17 En Petri Magdaleneque lachryma, postquam cognoverunt iacere sub peccati tyrannica servitute, admisi sunt in gratiam, per singularem & amarum poenitentiam. Cum cognovissent excessus,

Ut fierent oculis eruere suos.

Hinc à Salvatore signanter habiti in pretio, speciali honore dignati; ut pateret, quam illi gratæ lachryma: ex poenitentia virtute. In antro ploranti Petro post resurrectionem suam Salvator apparuit, & remissam suam peccatum ostendit; uti cogitat Adrichom. in Jerusalem, n. 219. ut traderet claves, quas promiserat ovilibus, maioris in expressionem virtutis, amoris & dignitatis; ut fierent communia, quæ Salvatori erant propria. Haud minus glorificata Magdalene in Salvatoris Ascensione. Tunc Christus discipulos eduxit foras in Bethaniam. In Bethaniam, quorsum? Fortasse (in se Suarius, Tom. 2. in 3. p. D. Thom. q. 58. disp. 5. scilicet. 2. n. 2.) ut familiarem amorem erga Magdalenam ostenderet. Sic fanti, & gratæ Salvatoris reversi, qui devierant errore. Ad unguem Claudian. 4. Consul. Honor. à v. 75.

Ansus uterque nefas,
Disimiles sed morte pares: evadere neutri
Dedecus, aut misti licuit procumbere telis.
Amisâ specie, raptisque insignibus, ambo
In cultus rediere suos: manibusq; revinctis;
Oblati, & vitam veniamque rogant.

Ovid. 1.
Amor. 7.
v. 50.

Idem:
Honorat
gratia
Salvatoris
in se
trium &
Magda-
lenæ in p
nitate.

Luc. 24.
50.
Suar.

Claud.



TAU:

TAUTOLOGIA QUINTA.

Confundantur confusione. Isai. 42. v. 17.

EXPOSITIO LITTERÆ.

ARGUMENTUM præsentis Tautologiæ sparsim tactum est, prout occurrit: igitur sæpepius actum de vera ac superfluitosa religione; ut gloriaretur exultans, cuius Dominus Deus eius, sedens in anima: & confunderetur quicumque adorasset sculptilia.

Heu miseri, qui vana colunt, qui corde sinistro
Religiosa sibi sculpsimus simulacra, sumque
Falsorem fugiunt, & quæ fecere verentur.

Sedula

Ut ait Sedulius 1. Carmin. à v. 37. Religio enim exprimitur cultu, exteriori scilicet, & interiore; venerationem indicante ex animi summissione, ac obsequio plausibili, oratione & adoratione: hæc namque, etiam pectore agi quit; pro exteriori actione frequenter sumitur; ut per illam quid si cordi demonstretur. Laurentius Valla, 5. Elegant. cap. 11. contra Priscian. ait: Adorare ab Oro, quod est, Ore pretor componitur. Supplicare à Plico, eò quòd genua, popliteque aut cervicem plicamus; cum à potentiore magnum quid precamur: & tamen adorare sine ore, hoc est, sine voce fit, non sine plicatione genuum ac gestu corporis: Supplicare sine plicatione genuum, ac gestu corporis, non sine voce. Hoc sane voluntarium (ni dicas, ludicrum) equidem Tò Ad additum Oro, ex quo Adoro, auxesim indicat, & amplificationem: quasi in adoratione signis palam explicetur, quod oratione interius cor operatur. Perspicuo Virgil. 12. Aneid. v. 930. Ille humilis, supplexque. Humilis, quoad animi conditionem: supplex quoad corporis speciem; quapropter addit: Oculos à extramque precantem protendens: quo ritu adoratio fiebat. Idem lib. 2. v. 687.

Laur. Vall.
Discrimē in
ter adoratio-
nem & sup-
plicationem

Virgil.

At pater Anchises oculos ad sidera latas
Extulit, & caelo palmas cum voce tetendit.

Idem

Iterat lib. 10. v. 667. & 844. (quod decerptit ex Homer. 14. Iliad. v. 95. & 18. v. 300.)
Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.

Apuleius de Mando, iustagatur, dicens: Manibus extensis ad caelum. Interdum ritus invenitur in Scriptura. De Iuda dicitur, 2. Mach. 15. 21. Extendens manus in caelum, prodigia facientem Dominum invocavit.

Summa ad-
rationis, ter-
ram scilicet
ri, quòd ste-
rant poten-
tioris pater.
Val. Max.

2 Aliud maxime inter Ethnicos adorationis signum, erat osculum: summissus, si pedum: extremum in huiusmodi cultu, osculari vestigia potentioris, vel telurem quo dominantis steterunt pedes. In Biblijs specimen huiusce projectionis, seu humilitatis. Posset in pulvere os suum, si forte sit spes. Thren. 3. 29. De civibus Ierusalem in obsidione Nabuchodonosor, Isai. 29. 4. Humilaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Psalm. 71. 9. Inimici eius terram lingent. Denique Daniel, 10. 9. Iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebatur terre. De Luc. Calpurnio Pifone inquit Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1. n. 6. Cum prostratus humi, pedes inaicum oscularetur; os cæno replevit. Homer. 6. Iliad. v. 43. Pronus in pulveribus in os. Propert. 3. Eleg. 15. v. 16.

Propert.

Et caput in aura ponere iussit humo.
Satis ergo illustrata sententia: si desiderantur plura; sanè iam acta, Tom. 3. T. 5. à n. 20. & Tom. 5. T. 3. à n. 32. ubi collecta, quæ in argumentum præfens desiderabilia. Unde cum huiusmodi adoratio cum salutatione fiat, inde Salutare pro Adorare usurpatur; uti observat La-Zerda in illud Virgil. 8. Aneid. v. 301.

Virgil.

Salve vera Iovis proles, decus adde Divi.

Ezech. 8.

3 Alij animum supplicem in ipsa adoratione exterius demonstrabat, tenentes ramos in manibus; ut indicatur Ezech. 8. ubi: Ecce applicant ramos ad naves suas: Ex Rabbinis Lyran. Quia dola erant in alto elevata; ideo isti idolatra elevabant ramos ad tangendum ea, & postea applicabant ad naves suas in reverentiam idolorum. Hieronym. ex Sym.

Lyran.

III:

Carp ramis in manibus, id est in cul-

macho: Haud dubium quin palmarum, ut per hoc eos idola adorare significet. Suptim, ni fallor, a Festo tabernaculorum, de quo saepe egimus, & fuse hic Tautolog. 1. a n. 41. Levit. 23. 40. dicitur Sumetis vobis fructus arboris pulcherrima spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente; Et labimini coram Domino Deo vestro. In festis plautus Numinum, & in adorationem aggestus ramorum.

Virgil.

Nos delubra Deum, miseri quibus ultimus esset Ille dies, festa velamus fronde per urbem.

Ait Virgil. de Troianis, 2. Aeneid. v. 248. Stat. 2. Thebaid. v. 247. Obtendunt limina sleris, & in Epithalam. Stell. 1. Silvar. 2. v. 228. Fronde viret postes. Rutilius Claud. Itiner. 1. Exornat communia gaudia rami. Idem apud Catull. Carm. 65. v. 293. & Lucan. 2. Pharsal. v. 354. quod imitatus Iuvenal. Satyr. 6. v. 80. Altruxi fuse testimonij sacris & profanis, Tom. 6. T. 10. D. 5. n. 11. Haud alio insigniori instrumento, quam ramis Prisci indicabant divinitatem in adorationem; uti observat Kircher. in Obelise. Pamph. lib. 4. Hieroglyph. 19. §. 5. Afferit Clem. Alex. 5. Stromat. cap. 4. ex Orpheo, additque: Rami, qui dantur ijs qui adorant. Inter Aegyptios nihil de divinitate cogitabatur sine ramis. Per vitarum arborum ramos diversas virtutes Deorum designabant (inquit Kircher. unde in eorum solemnitatibus, qui Deorum virtutibus maxime congreuebant, ramos preserebant, ita in Mercurij solemnitatibus Persae ramos, cordis & lingue symbola; in Isidis, palmae & ainsin. thij; in Horii pompis, loti & fabae. Itaque si quem insigni populi favore honestatum, omniumque celeberrimo plausu & latitia exceptum significare velent; hinc Phibobolanom (dignum scilicet ramis & adoratione) dicebant: qui non solum ramos illos exhibebant; sed praeterea folia & flores spargebant.

Rami speciem festum.

Clem. Alexand.

Et dicitur in signum.

Kirch.

Matth. 21. 9.

Quod Hosanna.

Virgil.

Baron.

Ibidem.

Luc. 19. a 27. In pro A.

Iuenc.

Rami signum supplicium.

Stat.

4 An hoc intuitu cum ramis palmarum Salvator N. Ierofolymis exceptus? Alia rimatur N. Perezus Laur. Saimant. Certam, 2. Expositiv. cap. 3. §. 4. a n. 54. nimirum Hosanna Filio David intelligens interfectionem plaudentium ac latantium; vel acclamationem, ut Euge vivat; uti placet plebsque. Hosanna propriè ut notat Caninius, de Locis nov. Testament. significat ramos falicum; q. d. plaudentes: Ramos filio David: equidem eum oblatio ramorum sit emblema divinitatis; iure toto congruebat in orbem ingredienti Salvatori. Clarebat eius divinitas, dum solummodo ab illis cognoscebatur, humanitas, Ramos filio David. Ramorum honor Deo soli tribuitur: ita qui filius David laudatur: dignus huiusmodi plausu, qui Deus & homo.

Manibus date lilia plenis.

Date quoque Christo flores in testimonium perpiciæ divinitatis. Totum congerit Baronius, Ann. Christ. 34. n. 6. sed corrigat in Append. Tom. 10. subditque: Quod igitur ea, quae in Dei cultum exhiberi tantummodo consueverant; viderent Pharisaei exhibita Christo, Redemptori N. hinc illa Iudaeorum molesta in ipsum facta compellatio: Audis, quid isti dicunt; arguentes nimirum, quod qui Dei solius esset, collatum à plebe, bonorem sibi sumpsisset, Ingeniosum itaque, sed assentire non possum, cum eadem vox subinde invenitur. Hosanna filio David, Hosanna in excelsis. Eiusdem sensus (quantum auguror) in praesenti plausu vox eadem, & gloriam, sive glorificationem in encomiastis demonstrans: q. d. Gloria filio David, Deoque, qui in altis habitat gloria; cum videmus benedictum, qui venit in nomine Domini. Patet ex Lucae textu. Caeperunt omnes turba gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit in nomine Domini pax in caelo (In pro A.) & gloria in excelsis. Sedul. d. lib. 4. v. 304. Plebs omnis adorans: & Iuenc. 3. Evcangel. histor. a v. 638. succinit:

Quaque iter est Christo subnixà fronde coronat, Proxima tunc alij spoliant palmetas vitore, Conclamantque omnes Davidis origine creto Hosanna, excelsis sit gloria leta trophaeis.

5 Signum adorationis & cultus inter Ethnicos, ramorum ostensionem fuisse, ritumque institutum à Iunone; astruit Statius, 12. Thebaid. a v. 465.

Iuno Phoroneas inducit praevia matres Attonitas non ipsa minus, ceterumque gementem Conciliat populis, & sientibus addit bonorem Ipsa manu, ramosque olea vittasque precantis Tradit, & obtenta submittere lumina palla, Et praesere docet vacuas sine manibus urnas.

Hic ritus adorationis Numinum, gratia eliciendae miserationis; uti ait Arnobius, lib.

lib. 1. adverf. Gentes. Ut Sybilla placaret Cerberum, ostendit ramum.

Si te nulla movet tanta pietatis imago, Ad ramum hunc (aperit ramum, qui veste latebat) Agnoscas: tumida ex ira tum corda residunt.

Accinit Virgil. 6. Aeneid. a v. 405. Moris meminit Sopocel. in Oedip. tyrann. v. 147. Opitulans iuvabo, hos eleantes supplices adorantes altabant; quippe ramis saepe coronati ad aras accedebant, & facies erat ignota ob folia decumata. Idem ibid. v. 3. Supplicibus ramis coronati. Virgil. 8. d. v. 286. Populeis eoincti tempora ramis. Quare cum in manibus simulacri coronam deposuisset Orestes (qua de causa Manus coronari, dicit Eurip. in Heraclid. v. 227.) ait apud eundem in eo, v. 383. Supplex accomodans preces oris sine ramis.

6 Propter clementiae symbolum ex olea legebantur ramis dicebanturque rami supplices; uti idem in Supplicibus appellat, v. 102. & Iphigen. in Aulid. v. 1216. Virgil. d. lib. 7. v. 418.

Cum vitta crines, tum ramum innectit olivæ.

Euripid. quò dudum, v. 10. Supplicii cum oleæ ramo advolvuntur genibus: & quia dicata Minerva ob inventionem, Virgil. ibid. v. 154. accinit: Ramis vellatas Palladis omnes: Lanam etiam inter frondes terebant, cuius nexus vocabant Vitas. Eurip. d. v. 36. Veneras sacros supplicium ramis lana velatos. Iterat in Heraclid. v. 71. Virgil. lib. 7. v. 337. & 8. v. 128.

Præferimus manibus vittas, & verba precantum.

Et vitta comptos voluit prætere ramos.

Hinc Ovid. 5. Metam. fab. 4. de sacrificulo adorante dicit: Cererisque sacerdos, velatus tempora vitta. Iuvenal. de Vestali, Satyr. 4. v. 9. Vittata iacebat sacerdos. Idem Halicarnas. Rom. Antiq. lib. 8. n. 58. Quam Pontifices dammarunt, demptis è capite vittis. Plutarch. in Thesfo addit & lanæ colorem. Ramus sacra oleæ redimitus lana albâ. Huiusmodi Tanæ Lemnise dicebantur, uti observant Taubm in Pseudol. Plaut. 5. 1. n. 21. & Elias in Auson. Epit. 20. v. 6. ex Turneb. 3. Adversar. cap. 18. Lemnise (ait Sext. Pompeius) id est, fasciola coloris dependentes è coronis, propterea dicuntur; quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum. Virgil. 5. Aeneid. v. 269.

Punicis ibant eoincti tempora taneijs.

Vid. La-Zerd. hic, n. 1. Plin. 16. cap. 14. & 21. cap. 3. & Servium. La-Zerd. loc. Virgilij cit. n. 24. inquit: Ramus ovolutus erat lana & quibusdam vinculis; ut ita representaretur imago vincitorum: igitur qui supplices deditur Numinum, & quasi ligati voluntati illorum; quin adversus motum exercere valeant, sicut qui inter catenas corpora versant: ni dicas è Saturni vinculis acceptum, quem Iupiter lanæ vinculo ligavit; postquam cum Titanibus potentissimè devicit. Fabula est, licet, si lubet. Ad Ephemer. Isagog. Octobr. n. 9.

7 Ex his in sacra ritibus, parentes sibi Superum arrogarunt honorem; quin aliquem maxime peregrinum, in colloquium admitterent, sine huiusmodi ramis, maiestatis & simul famulissimionis insignijs. Depingit Papinius d. lib. 2. a v. 383. insolentiam dominantis.

Ibi durum Etroecia eernit

Sublimen folio, septumque horrentibus armis. Constitit in meais: ramus manifestat olivæ Legatum causaque vie, nomenque rogatus Edidit.

Sæpe Virgilius regerit. Coram Pallante Aneas, lib. 8. v. 16. & ad illum ex Latinis, lib. 11. v. 101. & 333.

Paciferæque manu ramum præterdit olivæ. Iamque oratores aderant ex urbe Latina Velati ramis oleæ, veniamque rogantes. Præterea qui dicta ferant, & fœdera firmant, Centum oratores prima de gente Latinos Ire placet, pacifque manu prætere ramos.

Nos habentes, depicere; non tantum dedecus iudicabatur, sed ignominia, de qua ad Nomina querimonia, ut refert Euripid. d. a v. 69.

Ehem, Ehem! Urbis probrum, & Deorum, Op in serie. Iovis Forensis cum simus supplices, Supplicium rami lana velati possuntur.

Virgil.

Fulvum operiebant fuisse.

Quid querant supplices.

Virg.

Quid in ramis vittas Halicarnas. Plut arch. Cur vitæ ex lanæ Quia Lemnise.

Statius.

Legati cum ramis.

Virg.

Euripid.

Tu.

Tumidi spiritus Ethnicorum inflatione potestatum : inolevitque insolentia, quippe in throno scilicet arbitrabantur Numina.

8 Venerationem Ethnici etiam exprimebant, unguentis odoris delibuto capite simulacrorum, ut referunt Theophrastus de Cnabaracter. cap. 2. & Philostratus, in Iconib. festi- que Claudian. in Nap. Honor. & Martia, à v. 92. Cicero Act. 6. in Ver. Segestanas mulieres refert, cum simulacram Dianæ oppido exportaretur, unguentis unxisse. Idem Petr. Victor. 4. Var. lecti. cap. 13. Imo toto corpore post lavacrum, ut ait Callimachus Hymn. in Lavacr. Palladis: idemque observant Romani in festo Lavacr. Veneris (de quo latè Ephemer. 25. Martij) sumpto ritu ex furto pyxidis Pandoræ, quam sibi Diva furcipuit, plenam pretioso ungue in festivam, scitalem venustatem & gratiam; uti dicimus loc. cit. Isagog. Jul. n. 27. Idem observatum celebri cultu in Lavacro Magnæ Martis, cuius descriptioni parco, quippe facti; ubi dudum, die 31. Martij. Imitabantur fatuismè cæci, quicquid fictum à sacrificialis præ utilitate, decantatum à Pœtis in stimulum vanitatis, Dæmonum venerationis. Cogitarunt lunonem perungi exotico unguento post lavacrum, ut placeret Iovi; quod quidem ut spleadida fieret; furata est Ange- quædam; tradiditque cum alabastro Europæ Phœnicis siliæ, ne in scriptione inveniretur à lunone, rabie percitâ, ac clamante furerent, præ inopia speciositatis. Vide Natal. Comit. 3. Mytholog. cap. 15. Antequam unguenta Romanis nota, vario colore capita inungebant idolorum, sed minio pro unguentis (sumpto ritu ex Æthiopiis, de quibus Alex. Neapolitanus, lib. 4. cap. 12. Illis in usum venit, ut Deorum simulacra minio illinirent, illa pro maiestate Numinum sanctiora & augustiora arbitrati) unde Plin. lib. 33. cap. 7. Inter pigmenta magnæ auctoritatis (infit) & quondam apud Romanos non solum maxime, sed etiam sacra. Enumerat auctores Verrius, quibus credere sit necesse, Iovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, Triumphantumque corpora sic Camilium triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta cæne triumphalis; & à Censoribus in primis Iovem miniandum locari. Cuius rei quidem causam miror: quamquam & hodie id expeti constat Æthiopum populis, totisque eos tingi proceres, huncque ibi Deorum simulacris colorem esse. Videlicet dicta. Tom. 5. T. 11. n. 24. & 6. T. 11. D. 1. n. 10. Aliam causam addit Pausanias, cap. 316. Resacæ si unguento simulacra perunxeris: facile contra omnem materiam rabem defendere.

9 Hæc signa adorationis idolorum, obsequiaque colentium: quibus delibatis, exponuntur proclivè argumenta triplicis Tautologiae. Prima est de confusione Gentilium, vel Iudaorum, sculptilia impense ac corditis adorantium; de quibus Evangelicus Vates: *Conversi sunt retrorsum: confundantur confusione, qui confidunt in sculptili: qui dicunt constabili: Vos Dij nostri.* Anceps tautologica sententia iuxta primarios Interpretes sacros, de Gentilibus vel Hebræis. Astipulor asserentibus de utriusque: igitur hos vocat furdos, illosque cecos. Sordos Hebræos, incircuncis auribus & corde; maxime subodorantes quippiam de conversione Gentilitatis cæcæ. *Quis est in vobis, qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? Sardi audite: & cæci intuemini ad videndum. Cæci Ethnici fuere, quia sine lumine; sed indulgendi, quippe errantes, haud sicut illi etiam in semitis, erraverunt corde: unde gratia illuminationis promittitur, quod Deus præ illis & in illis honoretur. Ducam cecos in viam, quam nesciunt: & in semitis, quas ignoraverunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & præva in recta. Hac verba fecit eis, & non dereliqui (pro futuro) eos. Non relinquam, sicut relinquam Iudæos, quos Iure relinquam. Extorqueatur Ethnicus 13. Metam. fab. 1.*

10 Huifmodi stylus sæpe à nobis expositus; quippe occurrit sæpe uti idiotissimus Hebræus, vel Hellenissimus, dum taxatque intercedit argumenti differentia in geminatione pleonastica. Vidimus in sententijs, Exultatione exultabunt, Congregatione congregabunt, Morte morietur; fuscque, Tom. 6. T. 10. ad illud: *Comprehensione capieris: Confractione confringetur, contritione conteretur, commotione commovebitur, agitatione agitabitur.* De his modis loquendi vel inter Ethnicos, ait Hubertus Gifanius, & Taubman. in Menæeb. Plauti, Act. 1. scen. 1. v. 29. *Geminationes eiusmodi verborum erundentur ut similitum, veteribus erant per familiares non solum poetis, verum etiam oratoribus; quod est ut vitiosum minores reprehenderint, tamen maiores libentius sequar. Quondam vim habet ista duplicatio. Habet profectò, sed non indicat Gifanius, quod sæpe indicatum*

Capitula idolorum unguentis delibata.

Lavacra Deorum.

Pyxis lunonina.

Alex. Neapol.

Plin.

Pausan.

Isai. 42. 17

Verf. 23. Cur Genitrici cæci, & Hebræi surdi

Verf. 16.

Ovid.

Expositio. 1.

Gifan.

à nobis. Quoties verbum cum verbali nomine iungitur, nomen adverbium est, quo summe materia argumenti exponitur, maxime inter Hebræos superlativis carentes, ut sæpe diximus: quapropter alijs & alijs per epistalam, excessum demonstrant. Patet Græcissimas, Philipp. 1. 29. *Multò magis melius.* Augustin. in Psal. 44. ita legit, loquens Hellenissimum: *Multò magis optimum.* Plaut. in Mostell. Act. 1. scen. 2. v. 65. *Memento nequior* (quod quidem per superlativum exponit, in Menæeb. 5. 2. v. 65. *Miserorum miserissimus*) ibid. 5. 2. v. 25. *Salve multum.* v. 49. *Multò tantò.* Phrasis ergo triplex, qua summum per geminationem exponitur. Eapropter sentus Tautologiae est: *Summe confundantur* his enim pleonasticis excessus ostenduntur summitatis, iuxta quibus argumenta applicentur studio geminationes. Accipe testimonia Homer. 9. Odyss. v. 54. *Pugnabant pugna;* id est, accerrime. Ibid. v. 429. *Pinguis pinguedine.* Erupid. in Hippolyt. v. 634. *Iunius assinitate assinitus.* In Alesf. v. 854. *Hospitis hospitio.* Aristoph. in Aves, Act. 8. sen. 15. v. 19. *Opere operaris.* Apollon. Rhod. 2. Argonaut. v. 134. *Fumo fumigata aper.* Theocrit. Ely. 22. v. 130. *Luramento iuravit.* Plaut. in Rudent. Act. 4. scen. 7. v. 16. *Præda prædatum.* In Menæeb. 5. 8. v. 1. *Audax audeo.* In Mostell. 1. 3. v. 30. *Stultè stultè.* Plutarch. in Alcibiad. inquit: *Coronis concubant.* Clem. Alex. 4. Stromat. cap. 4. *Vinculis vincias.* Denique in Testament. 12. Patriarch. cap. 7. *Conculcatione conculcemus pretium Ioseph.* Elucet in vocibus geminatis idiotissimus, & in argumento confusio excessus: igitur hæc geminatione hic Hieronymus profert, *Confundantur*, sicut Psalm. 96. 7. *Confundantur omnes qui adorant sculptilia:* quo loco Hebr. *Confundentur confusione adorantes vacuitates.*

11 Si de Hebræis textus intelligitur, uti atriunt Forerius & Lyran. Confusi sunt confusione, retrorsum conversi; dum minis à Domino fulminatis, sed deceptis, fiduciam libertatis collocarunt in idolis adoratis: igitur cum evanesceret, & peccatum plus quam hostis debellator opprimeret, Deo ulciscente in omnes adinvenciones eorum; percussere sunt semur ob ludibrium: potissimèque accipientes libertatem ab offenso Deo; unde extrema eliciebatur confusio.

Sæpe medullis Erupit gemitus, quoties incanduit ore Confessus secreta rubor; nomenque beatum Iniusa scripsere manus.

Ut dixit aliò Claudian. d. à v. 7. *Confusi sunt confusione:* hoc est, valde, supræmodum sunt confusi; quippe speraverunt in nihilo, cum nihil sit idolum in mundo; qua de causa ita conversi retrorsum sunt post captivitatem adoraverint numquam simulacrum: observat ex multis Rabbis Galatin. lib. 4. cap. 23. ex varicino Balaam asserentis, Numer. 23. 23. *Non est asurgitur in Iacob, nec divinatio in Israel.* Etiam Dominus per Ezechielum, 11. 18. *Ingredientur illic, & auferent omnes offensiones, cum istis que abominaciones eius de illis.* Quare cum vidissent frustratam fiduciam, ac spem ludentem, ac ex ludo amaritudinem recesserunt à cultu pudesfacti, pleneque gravissima confusione. *Confundantur ab idolis, qui bus sacræ fuerunt: & erubescet.* Isai. 1. 29. *Rubor ex confusione ita magna, ut innoceret facie. Dolore nescio quid vultu facebatur:* ait Minucius Felix in Octavo, & Ovid. 2. de Art. v. 378.

Ardet, & in vultu vulnera mentis habet.

12 Si de Gentibus prolata sententia, ut intendit Procopius; genuinè interpretatur Doctis. Sanctus hic. n. 56. *Gentes illuminate splendore* (inquit) *in eo progredi noluerunt, quem insituerunt erroris cursum; sed retrorsum abierunt.* Ad eum modum, quo illi quot facti aut pœnter, aut pudet repetito spatio vestigia turbant, aut delent que temerè ac etiam nequiter impresserunt. Retrorsum itaque convertentur gènes; quia statuto iam suo per se per se modo, novo inebato cursu, veterem execrata quodam fieri potuerit, curabunt ut que facta sint, facta ne fuerint. *Confundentur confusione.* Sic assumentur Gentiles, ubi cognoverint, quam facta religioni servierint; qui à sculptili, id est, à ligno & marmore saltem expeccaverint; ut suffusi rubore quanto in errore versati fuerint, non obscure testentur. Ex his que impense adorant, nihil nisi ignominiam in pudorem attulerunt: rubetque merito vultus, si adoratione conciliatur dedecus. Apprimè Regius Paltes: *Imauntur confusione & reverentia.* Diverse voces sunt eiusdem entitatis, quam post idolorum cultum invenerunt Gentiles: etenim illos erga arbitantes reverentiam, confusionem noverunt in ignominiam.

Nec latet, sed sæpe vibrata medullis, In vultus atque ora redit: lucemque genarum.

Tom. VIII. Taut.

H h

Tin.

Nomen præ adverbio.

Augustin.

Claudian.

Expositio 23

Ex quo tenet per Hebræi sine idolis.

Ovid.

aut.

Expositio Gentilis Deum adoravit, ut cognovit. Pl. 34. 26

Statiuis.

Tingit, & impulsam tenui sudore pererrat.
 Canit Statius, 1. Achill. à v. 303. Confessi sunt Ethnici robore verecundiam, & hanc propter reverentiam. *Erubescant & reverentur simul.* Ita Gentilitati contigit, ut cognovit erratum. Ipsa autem gemens conversa est retrorsum.
 Ibid. *Obstupuit, retrorsus pedem cum voce represit: Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Præsit humi nitens; trepidusque repente refugit Attolentem iras, & cerula colla tumentem.*
 Viti. 2. An à v. 378.
 Oportativum pro futuro, & imperati vo.
 Manil. *13 Confundantur.* Oportativum pro futuro *Confundemini*; vel pro imperativo *Confundimini*. Confundentur Hebraei, videntes Gentes ingressas in Sanctuarium, quæ non intraverant in Ecclesiam; quippe respondebant vocationi, manente Synagoga cum lumine in cæcitate, & sine confusione in Gentiliū confusione: siquidem de not. confusione debebant confundi; cum confunderentur qui nec audierant vocem Domini, qui iuxta Manil. 5. *Astron. v. 337.*
 Manil. *Et sensus scopulis & silvis addidit aures.*
 Hieronym. *Confundimini* recuti; quia cæci vident, & vos cæcis videntes summæ cæci. *Conversus est retrorsum populus Iudæorum* (inquit hic Hieronym.) *ut non crederet promittenti, & in suis confunderetur erroribus; & negligeret sponsonem Dei, qui idolis antè crederat.* Ita illi summa confusio, quippe sine confusione. Prædictum à Jeremia: *Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.* Confusi sunt Gentiles, quia abominationem fecerunt: at illæ confusione non sunt confusi Iudæi, & nescierunt erubescere; ut ampliore confunderentur confusione: quandoquidem rumpentur, quia gratia in Gentes diffusa, videntes mirabilia magnæzudem, reprobis illis, lumen veritatis convertebatur ad Gentes. *Act. 13. à v. 47. Aspicite in Gentibus* (ait Habacuc, 1. 5.) *& videte & admiramini, & obstupescite; quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur.* Arator 2. in *Act. Apost. v. 135* accinit.
 Arator. *Vos ista quidem, vos nosse deceret*
Ast alijs hoc lumen erit: nam scripta fatentur
Lumen in extremis posuit te Gentibus esse.
Gentiles stupere globi, fonte mæque secuti
Sumere promissa cupiunt novitatis honorem.
O sterili Iudæa tibi! Nec fructus asserre.
 Cæca iacit lumine Gentilitatis, & gaudio trilitis; cum utriusque ex diversa confusione diversa pateret facies. *Iuvenal. Satyr. 9. v. 18.*
 Iuvenal. *Deprehendas animi tormenta latentis in agro*
Corpore, deprehendas & gaudia; sumit utrumque
In hæc habitum facies.
 Iuvenal. *14 Nonnumquam Hebræis adversus Gentes plusquam hostile odium, quod par erat in effigies sculprilium.* Diximus, *Tom. 5. T. 5. à n. 30.* refertque Petr. Cunaus in eorum *Republ. lib. 3. cap. 4.* Cum Gentes accepissent verbum Dei, confusi sunt, Reprobi facti, sed non confecti de reprobationis causa, quia Dominum crucifixerunt; sed ex invidia, eò quòd electi, qui ab illis reprobat. *Videntes turbas, repleti sunt zelo, & contradicebant.* *Act. d. v. 45.* In illis verum, quod excedit fidem. Audias Terent. in *Andria, Act. 4. scen. 1. à vers. 1.*
 Terent. *Hocine credibile, aut memorabile,*
Tanta recordia innata cuiquam ut sit;
Quod malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius, sua comparent ut commoda? Ab!
 Cùm viderent deiectam, iacentem Gentilitatem, exultanter suam blaterabant electionem: verum confusione sunt confusi, mirabilibus depositis in cæca Gentilitate; & ab eo qui præ singularis continuatione gratia, non fecit taliter omni nationi. Utrique confusi sunt; aliter tamen & aliter. *Est confusio adducens peccatum; & est confusio adducens gloriam & gratiam.* Hæc in gentibus, quippe confusi præ cognitione peccati, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt: ait Paulus, Philipp. 3. 19. Hebræis autem confusio adducens peccatum; quippe equam de peccato nulla confusio. *Confusi sunt & non sunt confusi.* *Erubescere nescierunt.* Maluend. *Pudescerunt, etiam pudesceri non pudescunt.* Non est pudor in pudore. *Quidam* (ait Senec. *Epist. 1. 1.*) *numquam magis, quam cum erubuerint, simendi sunt; quasi omnem verecundiam effuderint.* Ita enim populus Hebræus nescivit con-

confusionem valde confusus. Iuxta Sophoniam, 3, 5, elid pungeret crimen; *nescioit uti iniquus confusionem.*
 15 Confusio interdum accipitur pro verecundia & pudore & multoties pro ignominia; etenim opprobrij, convitij & contumelia nos pudet, & confundimur. Pudor tunc metonymicè, uti signum pro signato, igitur ex confusione pudor, atque confusio ex defectu. *Ovid. 5. Fast. v. 311. Iste pudor mansisset adhuc:* idest crimen, ex quo pudor. De hoc ac verecundia aliqua diximus, *Tom. 4. T. 8. n. 1.* Promiscuè ferè usurpantur proprie; ex ignominia confusio, ex confusione pudor, ex pudore rubor, qui virtutis tinctura. *Terent. in Heauton. Act. 1. scen. 1. v. 68. Animi est pudentis signum, nec infrenui.* *Diogenes Cynicus* (ut in eo aluit Erasin. *Centur. 2. Apophthegm. 28.*) *cuidam erubescenti iuveni, atque ob id perturbato, Bono animo es fili,* inquit, *istiusmodi est tinctura virtutis.* Unde pluribus in locis à D. Thoma dicitur *Pasio laudabilis.* Nascitur itaque pudor ex metu actionis vel passiois dedecoris: quapropter apud Epictetum in *Enchirid.* dicitur metus infamie aliorum percitellens, no quid turpe peragat, vel peragatur, haud propter malum vel dolorem, sed propter ignominiam. Donatus in illud Terent. in *Adelph. Act. 3. scen. 3. v. 38. Fratris me quidem pudet, pigetque,* subdit, *Pudet, in his qua turpiter facit: piget, in his qua tam danno ac malo. Pudere, etiam ad decus: Pigere, ad dolorem referitur.* *Pudet, quod turpe est: Piget, quod dolet.* Hinc cum pudor à verecundia (quæ iuxta Doct. Angelicè 2. 2. q. 1. 116. art. 2. ad 3. est timor turpitudinis excipitabilis, & potissimè vituperium respicit) inverecundi dicuntur, qui nihil præ proacitate ac petulantia timent. *Ubi opus est, non verentur:* ait Terent. ubi supra, *Act. 4. scen. 1. v. 13.* Verecundia ergo est pudor cum timore, cui proxima poenitentia: sine timore pudor, quapropter *Ovid. 1. Fast. v. 251.*
Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat;
Nulius erat insis reddere iura labor.
 Pudor ipse regebat: quasi unusquisque sibi turpe duceret peccare: igitur pudor semper habet rationem honesti. Ita hic Paul. Marius. Verecundia sane ab Aristotele dicitur timor ignominia: ignominia, timor infamie. Pudor. (à Jul. Casare Scaligero in 4. *Aneid.* Virgil. v. 172. à quo La-Zerd. hic, d.) *est metus reprehensionis: Pudicitia, constant abstinentia à Venere prohibita; nam castitas abstinentia est à quacumque Venere.* Hæc haud displicent, sed ex toto non placent. Pudor, ni fallor, oritur ex cognitione deturpate virtutis, quippe oculi offenduntur rationis: eapropter (est dedecus non sequatur, nihil formidetur, videant homines vel non videant) vulnus virtutis indicat facia pudoris. Ad rem Laurent. Iustinian. de *Christi agon.* cap. 8. quò de Petro inquit: *Exiit foras, non valetis mentis sua ferre puorem.* *Plaut. Mostell. Act. 3. scen. 1. v. 13.*
Nihil est miserius, quam animus hominis confectus.
 Videtis in argumentum plura curiosa, selecta & erudita, apud Emmanuel. Theaur. *Philosop. Moral. lib. 1. 4. à cap. 1.* Ita si disponitur ordo: à læsa virtute & læsione cognitione, prodit pudor; à pudore confusio mentis, à confusione verecundia timore poena, vel ignominia; si forsitan palàm sit, quod intus supprimit cor. *Ovid. 3. Metam. fab. 5.*
Pectora traxerunt tensem percussa ruborem.
 16 Confusio varijs acceptionibus gaudet. Sufficitur pro impudentia. *Ovid. Epist. 16. v. 67. Fines transire pudoris.* *Iuvenal. 11. Satyr. v. 54. Sanguinis in facie non hæret gutta.* *Iude v. 1. 3. Fructus feri maris de spumantes suas confusiones.* Pro ignominia. *Hebr. 12. 2. Confusione contempta.* *Ovid. 3. Trist. Eleg. 5. n. 11. Vidi ego confusos vultus, visioque notavi.* Pro rerum perturbatione sine ordine & lege. *Iudith. 14. 16. Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis.* *Idem Ierem. 3. 24. & Luc. 21. 25. Manil. d. lib. 5. v. 117. Etiam confunditur æther.* *Cicer. de Invention. ait: Confusè & permixtè.* Pro re despicabili sine ulla vel ullius æstimatione. *Daniel. 3. 33. Confusio & approbrium facti sumus.* *ProPERT. 2. Eleg. 1. v. 13. Confusa fabula:* & *Auson. in Gratulat. pro Consul. Nec salutantum confusus occursum.* Confusio pro pudore, *Virgil. 3. Aneid. v. 696. Confunditur unis.* In sacra pagina usquequaque. *Confusio faciet me, cooperuit me.* *Psal. 43. 16. 68. 8. Ezech. 16. 7. Ierem. 7. 19. & 4. Reg. 8. 11.* Item accipitur metonymicè confusio pro peccato, tamquam effectus pro causa. *Hai. 3. 9. Agnitio vultus eorum respondit eis.* *Septuag. Peccatum vultus eorum.* O quam difficile, crimen non prodere vultu! *Lesi dat signa rubore pudoris.* *Ovid. 2. Metam. fab. 5. Petron. Satyr. fol. 70. Ex vultibus hominum mores.* Quolibet harum acceptionum articulo intentionem effectus, seu extensionem causæ indicat geminatio. Quapropter dum confusio additur confusio, magnitudinem confusiois, live per-

Confusio pro verecundia & pudore. Metonymia

Erasm.

Discrimen inter Pudere & Pigere.

Donat. Quid pudor?

Id. Jul. A.

Ovid.

Jul. Cas. Scal.

Jul. Justin. Plaut.

Ovid.

Confusio pro impudentia & ignominia.

Pro re despicabili.

Pro pudore.

Pro peccato Metonymia Expositio e. Epitaph. Geminatio pro superlativo.

perturbationis significat q.d. nimis magnoperè confusi, ut dicitur, Jerem. 20. 11. Confusi vehementer. Eccli. 25. 29. Confusio magna: qua de causa qui ita conturbati, filij dicuntur confusiois, Prov. 10. 5. Ovid. 1. 4. Metam. fab. 6.

Ovid.

Confusio pro idolo.

Horat.

Misisti Liptore.

Aul. Gell.

Geminatio pro maximo & summo.

Iob. 3. 21.

Ier. 32. 22.

Duplex pro summo.

Expositio 7.

Fugit pudor, ubi pro teritur honor.

Joan. 4. 23.

Crucius

Hysteron proteron, & Apodosis.

Verecundo vix tollens lumina vultu.

17 Aptius hic Confusio accipitur pro idolo, ab effectu adorationis, & despectu cordis, verum Numen adorantis, quod uti illi ingratum & odibile; designatur idolam propria voce nominare. Ita inter nos diabolom dicimus antiquum hostem, draconem, aduersarium, ac misanthropum. Pariter de idolis in Scriptura. Erit in templo abominatio, Daniel. 9. 27. & Matth. 2. 4. 15. Psalm. 118. 37. Averte oculos meos, ne videant vanitatem; idest, idola; quæ ab Isaia 59. 4. dicuntur Nihilum. A Jerem. 3. 9. Lignum & lapis: quod vel Ethnicus fatetur lib. 1. Satyr. 8. v. 1. Truncus, inutile lignum. Proprie Eth. 14. 11. Quid non sunt. Etiam Euripid. in Andromach. v. 320. Qui non erant extulisti. Apollon, Thyanæus, ut in eius Vit. lib. 4. cap. 8. refert Philostrat. Apparent aliqui esse, cum non sint. His vocabus contumeliosus significantur idola, iuxta Hieronymum in Epist. ad Galat. cap. 1. & Basil. lib. 2. Contra Eunom. Hoc sine schema dicitur rhetoricè Mopsis, Litote, vel Liptote, quo voces propter tenuitatem adequatè non respondent argumenti magnitudini. Multiplicate sunt infirmitates eorum. Psalm. 15. 4. idola nenpè. Sic enim dicitur de celo ta-
18 Tenuibus his vocabus summum in articulo exprimitur, ab effectu actionis, præ se lato argumento turpitudinis; ex quo aciores infirmitates, & extreme confusionis: igitur si confunduntur omnes qui adorant sculptilia, vel orta exitate ex Numinis ignorantia; quando uti idola ab occæatis etiam cognoscuntur, Confusione confunduntur: idest, longè, magnoperè confunduntur: nimis pudicent, confusione pleni. Vigilanter Iob. 8. 22. Induuntur confusione: quæ phrasim regegit, Psalm. 108. 29. 131. 18. Mich. 7. 10. & Abd. v. 10. Appositi nã; præ nimia vehementiore confusione: dicuntur enim telà pudoris ac dedecoris vestiti; quasi ignominia penitus & omnino pudefacti. In Biblijs, geminatione eiusdem vocis, vel æquipollentis argumentum demonstratur. Tum confundentis & erubescens ab omni malitia tus. Psalm. 70. 13. Confusione & pudore. Chrysostr. in Match. Hom. 66. Illi cum erubescerent, & verecundia prohiberentur. Eurip. in Supplic. v. 910. Pudorem afferit & erubescit. Tit. Liv. lib. 3. 4. sect. 4. Verecundia pudoris: & ut vidimus num. 16. Ovid. fuccinat: Signa rubore pudoris. Maximum in unoquoque genere (eò quod, uti diximus, num. 10. Hebræum idioma superlativis mutilum) profertur vocem Duplex. Testimonia concessantia adduximus, tam sacra, quam profana. Tom. 3. T. 9. num. 43. Unde in nostrum propositum, Isaia. 61. 7. dicitur: Pro confusione vestra duplici & pudore. Hebr. Duplicata: quo stylo indicatur confusio maxima: additoque Pudore, confusio summa; quæ subindicat geminatione, Confusione videlicet, ex idolorum adoratione confusio. Hebr. & Forer. Pudeferent pudore. Syr. Suffundentur pudore. Sanctius: Suffusi rubore. Maltend. Pudeferent pudeferi. Adoratio idolorum fons emicuit inverecundia Hebræorum, & pudoris Gentilium. Hi respuerunt, odientes quod adorant: ita frugi recepti confusi; ut non solum confundentur, sed puderent confusione. Illi verò nequaquam sunt confusiois ne confusi; quippe amittere honorem non timerunt, quem nunquam uti honorem æstimant. Fugit vel fugatur etiam in ipsa confusione pudor, ubi proteritur honor.

19 Sic namque Hebræi confunduntur confusione, quia confusione non sunt confusi; ut Gentiles confusi adoratione sculptilium, & abientes retrorsum, facti Veri adoratores, adorant Deum vivum & verum in spiritu & veritate. Crucius in Psalm. 97.
Vultum probrosus deiecit pudor
Cæsi in figuras sacra colentium.
Unum adorat læta Gentilitas,
Sacrilègus ubi fuisse ritus.

Adorator adoratorum est secundus Pleonasmus, expositioni obvius. Textus præfatus ante expositionem ordinandus est, quippe in illo hysteron-proteron: prius enim apponitur quod posterius. Terent. in Phorm. Act. 1. scen. 4. v. 14. Illic fugam aut furtum parat. Donat. hic: Apodosis est: prius enim furtum, quam fuga occurrere debuit. Plaut. in Miles. Act. 2. scen. 6. v. 69. Me custodem herus addidit. Miles meus: pro Miles herus meus. Petrus.

fius, Satyr. 5. v. 83. An quisquam est alius liber? pro An quisquam alius est liber? Ioann. 12. 3. de Magdalene dicitur: Unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis; prius enim pedes Iesu capillis extersit, post nardo unxit: alias suos capillos ungeret, & unguentum quod effunderet capillitio removeret. Pedes igitur abstergerunt, non odore; fecisse dicitur in conversatione, Luc. 7. 38. Capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. De hoc munere latè infra num. 51. Sapient. 4. 19. Distrumpet illos inflatos sine voce: hoc est, illos inflatos, sine voce distrumpet. Augustin. 1. 1. Civit. cap. 14. exponens illud Ioann. 8. 44. In veritate non stetit, quia non est veritas in eo, iuxta locutionem dictum est minus usitatè: sic enim videtur sonare: In veritate non stetit quia non est veritas in eorumquam ea sit causa, ut in veritati non steterit, quid in eo veritas non sit, cum potius ea sit causa, ut in eo veritas non sit, quid in veritate non stetit. Ista locutio est in Psalm. 16. 6. Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus; cum dicendum fuisse videatur: Exaudisti me Deus, quoniam clamavi. Similiter in nostro testimonio per Apodosis, Veri adoratores adorabant Patrem in spiritu & veritate: scilicet, Adorabant in spiritu & veritate, qui veri adoratores.

20 Tam Samaritani, quam nequam Hebræi claudicabant olim in duas partes, adorantes Deum verum & Numina falsa. Cum Dominum colerent, Dijs quoque suis serviebant iuxta consuetudinem Gentium de quibus translati fuerant Samaritani dicitur de Cuthais, 4. Reg. 17. 33. de Hebræis, 3. Reg. 18. 21. Non de illo cultu præfco loquitur Christus cum Samaritana, quæ respectivè magnificabat templi sui situm & religionem; sed de utroque & atrisque adoratoribus illo in statu: unde illi dixit: Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est. Nesciebant quod adorabant; quia cultus Cuthæorum inventio malignitatis, vel adinventiois depravatae mentis: etenim Dei veri gaudentes notitia; sepeleverunt, adorantes simulacra. Cum cognovissent Deum (ut Pauli verbis utar, Rom. 1. a 21.) non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dientes se esse sapientes, stulti facti sunt; & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum, & quadrupedum & serpentium. Videbimus n. 24. Planè nesciebant, ambulantes in vanitate sensus sui; cum Iudæi, quibus erat falus, cultum templi esse à Deo per Moysen sciebant. At quid dicit Evangelista v. 22. & Iuvenec. lib. 2. v. 283.

Nunc certa salus Iudæis surgit ab oris.
Et aderit tempus, montis cum vertice vestri
Omnibus & Solyms aberis veneratio longe.

21 Opus est nota noscere, ut potissimum claris in argumento procedere. Samaria fuit Assyriorum colonia ex Cuthais aliisque nationibus, à Salmanasare translatis pro filijs Isracl. 4. Reg. 17. à 24. Hi semper sequebantur fortunam Iudæorum, haudquaquam in adversis fidem, ut taxat Ioseph, 9. Antiq. cap. 4. & 11. cap. 8. Cuthai (inquit) vocati Hebræis, Græcis vero Samaritis; qui pro presenti temporis conditione mutabiles, quoties felicitas degere Iudæos viderint, cognatos se eorum appellat. Quando verò in rebus adversis eos aspiciunt; nihil ad se pertinere aiunt. Ita ubi audierunt Hebræos dignatos à Cyro reverti in patriam; iungi voluerunt illis, fierique consortes templi ædificandi Summo Deo; sed subdole, ne opus perficeretur, vel ut titulo religionis suam extenderent, vel scirent Hebræorum conatus in accusationem apud Persas; uti accidit, illis repulsis à consortio erectionis Sanctuarii. 1. Esdr. 4. à 2. Mira in hoc articulo narrat Aben-ezra, iungens oppositionem Cuthæorum propter murorum erectionem sub Nehemia, sicut propter templi ædificium sub Esdra. Coegerunt (inquit) omnem congregationem in domum Domini & venire fecerunt trecentos sacerdotes, & trecentos pueros: trecenta autem tubæ & trecenti libri legis erant in manibus eorum: Illi autem clangentes tubis, Levitæ vero canentes & psallentes fugaverunt Cuthæos per secretum Nomini expliciti (Quid hoc recutite?) & per Scripturam scriptam super tabulas, & per anatema domus iudicij inferioris; ut nullus Israclita comederet buccellam Cuthai in æternum. Ab eo tempore pronunciantur: Quicumque comederit carnem à Cuthæo, quasi qui comedit carnem porcianam. Neque fiat Cuthæi profelytus: neque sit illis pars in resurrectionem mortuorum, sicut dictum est: Non nobis & vobis ædificatio domus Dei, nec in hoc, nec in futuro seculo. & adhuc non sit illi pars & hereditas in Ierusalem. Addit Moyses Maimonides: Quidquid necesse est fieri, si illud faciat Cuthæus, profanum est. His ergo intelligitur illud femina præfata: Quomodo tu Iudæus, cum sis, bibere à me possis; cum sim mulier Samaritana? Non enim continentur Iudæi Samaritanis.

August.

Quomodo adoratur, quod nescitur.

Ephe. 4. 17.

Iuvenec.

Ioseph. Qui Samaritanis, & antiq.

Aben Esti

Verf. 9.

Non.

22 Nounumquam horum studium; gloriam edificare è dedecore Israëli, ruinis huius, structura cogitantium magnitudinem: unde in Hebræorum corde odium accendebatur capitale: at potissimum propter templum in Garizim à Cuthais ædificatum. Horum fortuna capta Dario Codomano, ultimo Persarum Rege, misso in Præfectum Samariæ Sanaballete Sattrapâ. Manasses frater Iaddi Sacerdotis summi Hebræorum huius Sattrapæ filiam uxorem duxit. Hierosolymorum autem Seniores (ait Ioseph. d. cap. 8.) egre ferentes Iaddi Pontificis fratrem & quodammodo collegam duxisse externi generis feminam; tam multabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de conubiis; atque ita fore, ut paulatim misceantur profanis gentibus. Postulabant igitur ut Manasses aut dimitterem uxorem, aut non amplius ad altare accederet. Cùm Pontifex quoque ab altari arceret, profectus Manasses ad Sanaballetem socerum, se dixit amare filiam eius, nolle tamen propter eam privari Sacerdotio, qui honor & gentilitius sit illi, & apud Iudeos semper in maxima estimatione fuerit. Ad hæc cùm Sanaballetes respondisset se illi non Sacerdotium tantum servaturum, sed & Pontificatum paraturum, & totius sue provincie Principem eum facturum, modò filiam suam uxorem retineat; ædificaturumque templum Hierosolymitano simile in monte Garizim, qui imminet Samariæ, reliquis montibus celsior: idque polliceretur ex consensu Regis Darij se facturum; elatus tali spe Manasses mansit apud socerum, putans se Pontificatum dante Rege consecuturum. Cùmque multi Israelitæ intricatè essent eiusmodi coniugijs, etiam Sacerdotes; non leviter turbabatur Hierosolymorum res publica: omnes enim descenderunt ad Manassen, Sanaballetem præbente eis & pecuniam & agros ad colendum & domicilia, & modis omnibus adiuvante ambitionem generi. Hæc ille. A Dario expectabatur saculas in templi magnificam fabricam; sed ab Alexandro obtenta post vicloriam eius ad Isium; ex systemate Sanaballetes à Persis defecit. Alexandrum invenit Tyrum expugnantem, cui proposuit in sua Provincia templum extruere; quod ut impetatum, & ab eo qui proprio commodo religiones cunctas metuebatur, omni ope adveniens Sanaballetes, templum ædificavit, & Manassen eius Sacerdotem constituit; amplissimum hunc honorem filie sue posteris relicurum se existimans. Addit Briet. Ann. V. C. 420.

Templi Samariae qua cautè creatum, & quæ Ioseph.

Briet.

Sedun.

Ioseph.

Quodnam Numen Nergel.

23 Seduna Patriarcha Gazensis relatus à Bibl. Vatican. in relation. de Samaritan. subdit: In illo tempore cùm discederet Alexander à Ierusalem, egressus est ad eum Sanaballetem cum Israel & filijs Iosue Sacerdotis Magni, qui assinitatem contraxerant cum Cuthais, quos fugaverant Esdras & Nehemias à domo Domini: petijtque ab Alexandro, quod Sacerdotes generis sui ædificarent templum in monte Garizim; quo factò divisus est Israel in duas partes. Pars populi secuta est Simeonem Iustum, & Antigonum discipulum eius, & congregationem eorum, iuxta id quod ab Esdra & Prophetis acceperant. Pars autem alia Sanballet & generos eius; qui obtulerunt holocausta & sacrificia extra domum Dei; & commentij sunt de corde suo inscripta & simulacra Gentium. Aliter refert Iosephus, loc. cit. & etiam honores Israëli concessos ab Alexandro, ab Urbe sacra discedente. Movit inde (inquit) in alias propinquas urbes exercitum: cùmque ab omnibus amicè exciperetur, Samaritæ (horum tunc caput erat Sichima, sita ad montem Garizim, & habitata à desertoribus gentis Iudaicæ) videntes quòd Alexander Iudeos tractaret tam magnificè; decreverunt se quoque Iudeos proferri. Igitur splendido paratu & magna alacritatem præ se ferentes, Regi occurrunt penè in Hierosolymitano agro collaudatis; que ab Alexandro omnibus Sichimitæ eum adeunt, assumptis secum militibus, quos Sanaballetes miserat rogantes ut in vestit isporum urbem, & illud quoque templum præsentia sua honoret: illi pollicitus est; in reditu se facturum. Cùm postularent, ut septimi anni tributum sibi remitteretur, nam nec se quidem in eo seminare; quasvis quinam essent, qui hæc rogarent. Illi verò dicentibus, Hebræos quidem se esse, sed Sichimitas vocari à Sidonijs; iterum que sicut, An Iudæi essent? Negantibus illis, Equidem, inquit, Iudæis id concessi: reversus tamen, & re diligentijs cognita, sciam quòd æquum videbitur: hoc pacto Sichimitas dimisit. Post obitum autem Alexandri, templum in monte Garizim situm mansit incolome: & situs apud Hierosolymitas, aut illiciti cibi sumpti, aut violati Sabbati, aut similis criminis reus ageretur, ad Sichimas confugiebat, calumniam se passum dicentans.

24 Inter Cuthæos principalis cultus erat Numinis Nergel (seu Nergal) 4. Regum. 17. 30. quod alij dicunt Ignem; sed in Talmud, tract. Cholin. sect. 1. legitur: Temporibus R. Meir, inventum est in monte Garizim simulacrum similitudinis columbe. At de hoc fuscè in Ephemer. 25. Septembr. n. 3. Alia enim in templo Samaritano erant simulacra, quasi superstitionum sentina, quorum notitiam ac simuli conem debemus Kircherò, in Hebræor. Phantion. cap. 19. ubi:

Nu-

Numina qua Samaria colat, vni scire? Tuere
Sembominemque asinum, semibominemque canem;
En Capriceps, Gallina, Pavo, saxumque trigonum.
Et sicut cæli, Numinis illa loco.

Kircher.

In asino colebatur Typhon sub nomine Thartac: in cane Anabis, sub voce Nibbaz: in capro Pan, sub nota Asina: in Gallina Venus, sub indice Succob-Benoth: in Pavone Inno, sub appellatione Adramelech: in trigono Mercurius, sub signo Marcotis: in equo currente Moloch, sub caractere Anameleob: in stella Saturnus, vel Rempham, sub notatione Cium: in Gallo Harpocrates, sub sigillo Nergel: in navi denique Ianus, sub tessera Nefroth. En theatrum imaginum Samaritici Pantheonis. His & etiam præfatis causis non contebatur Iudæi Sichimitis: equidem tametij nihil hostile ab illis essent experti Iudæi; sat erat in odium, templum diversum, cum elegisset Dominus Ierusalem in habitationem sibi. Psalm. 134. 13. deinde spectra imaginum ubicumque inhibitorum & cuiuscumque, & à quocumque. Exod. 20. 4. Levit. 26. 1. & Deuter. 4. 15. Hinc propter imagines reu feditiois in Ierusalem; quas videtis apud Ioseph. 18. Antig. cap. 4. & 11.

Qua idola in templo Samaritanorum

25 Elucet quo iure Siracides dicat: Stultus populus, qui habitat in Sichimis. Quæ participatio luci ad tenebras? Qui autem consensus templi Dei cum idolis? Planè sine mente: etenim cõ devenerunt audacia, ut dumtaxat sacrum dicerent suum abominabile templum, & Hebræorum Hierosolymis profanum. Seditiones continua fuerunt inter eorum posteros (ait Ioseph. lib. 12. cap. 1.) & Samaritas; instituta patria pertinaciter retinentes; pugnantque inter se iugiter, dum Hierosolymitani suum templum sacrosanctum esse affirmant, & vicinias à Iudæis non alio mittendas, Samaria contra, in montem Garizim eas mitti debere contendunt. Apage polymacharopliacias. Hoc templum post ducentos ab erectione annos ab Hyrcano solo æquatum est; ne floretet apolitafia, simulque extingueretur schisma. Idem lib. 13. cap. 17. Iam tempore Ptolomei Lagi, & Philometoris, sopita utrorumque controversia (ut asserit Briet. d. Ann. 607.) quæ grassabatur in Ægypto: at ab Hyrcano excidio templi, impositus finis odiosa disparationis: quæ quidem denud erupit, dum caput cum templo sub Romanis & Herode Sicheu crexit. Traditione ergo religionis antiquæ (quamvis Ridiculo se, ut ait Cyrill. Alex. lib. 2. in Ioann. cap. 90.) contentio facta; quasi loco deberetur veneratio, in quo Præfci Patriarchæ signa fusc ediderint religionis, & aliqua aliquomodo monumenta manerent antiquitatis. Abram ibi altare Altissimum primum crexit. Gen. 12. 7. Ager etiam ibi Iacob cum puteo, quem ultra fortem aliorum dono donavit Ioseph; & in quo hic monumentum habuit. Ibid. cap. 48. 2. & Hieronym. in Tradition. ex Iosue 24. 32. In Garizim data benedictio observatoribus legis: ibid. cap. 8. à 33. Hac de causa dum mulier nugivendula & vaniloqua blateravit de templo Sicheu, & religionis loco; dixit illi Assertor N. quam frugi quæsierat: Vos adoratis quod nescitis. Veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitur Patrem. Veniet & venit, de quo Tautolog. ult. Ex vestra religione non salus modò ex Iudæis est: Sed venit hora & nunc est; quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.

Ecclesi. 50. 28.

Ioseph.

Ciril Alex.

Quæ illustra in monte Garizim.

Ubi supra.

26 Venit ergo hora, illo præsentè, cùm nec hic nec ibi adoratores veri, quantumvis adoratores. Nec hic, nec ibi. Hic, quippe non adoratio, sed specie adorationis vanissima superstitio. Ibi sanè adoratio, sed non splendida; quoniam dumtaxat in umbra. Vos non adoratores: Hebræi, non veri. Non illi non veri, sicut vos falsi: non falsi sunt, sicut vos; sed quia lux illis non est. Verè sunt adoratores: non adoratores veri, figuris illorum opposita veritate: igitur esto ritibus ad speciem splendidis, omnia in figura continebant illis. Umbra namque respectu corporis non dicitur Verum. Verum tunc, quòd est (ait Aristoteles, 5. Metaphys. text. 14.) quòd autem non est, non verum, sed falsum. Ex illo argui potest: Quod non est, nec falsum, nec verum; quia tantum verum, non esse: tanquam non esse prædabilem ratione; falsumque iurè dicit Aristoteles verum; haud quia non esset: sed quia non obiectivum respectu entitatis, sicut umbra respectu lucis ac corporis, & figura respectu quantitatis. Plautus de Venere in Panul. Act. 1. scen. 2. v. 65. ait: Nam Venus non est Venus. Haud quia non esset, sed quia respectu pulchrioris, quasi non esset: equidem hæc (ut verbis eius utar) erat Venere venustior, vel venustissima Venus. De Ioanne Præcurfure dicitur: Non erat ille lux: equidem quamvis ardebat, ac lucens rutilabat; respectu lucis à qua splendor, nihil erat Hoc enim sensu, Tom. 5. T. 3. n. 66. diximus, verè filios Dei Anglos, & iustos esse; sed non veros filios Dei: Non aqua ita, sed similitudinis ammatio est (ait Ambr. 10. in Luc.) Solus enim Christus est plena ima-

Aristotel. Verum præ Summo.

Ioann. 1. 8

Ambros.

go

go Dei propter expreffam in fe paternè claritudinis unitatem. Chriftus Filius Dei vivi, vere & verus Filius Dei. 1. Ioann. 5. 20.

Pro felicitate

27 Hic tyfus novus in Scriptura non est, Semen dicitur Verum, Ierem. 2. 21. de quo Tem. 6. T. 6. late, haud quia oppositum femini mendaci, de quo Iſai. 37. 4. ut erant Gentiles, sed quia non legitimum prae pravitare, de gener penitus in idola propensione, ut nequam Iſraelita. Ibid. cap. 5. 2. Semen depravatum non dicitur verum, quippe sine virtute, quasi non effen semen. Quare dum Chriftus dicit: Veri adoratores, haud notat in religione mendaces Hebraeos, sed figuris selectae religionis addictos: etenim typico illo cultu futurus erat nobilior, quo digne Deus venerandus, & institutus Filius. Cultus enim verus respectu Gentilitatis caeca, cellior profecto respectu Synagogae. Religionis ritus licet in hac esset facer, utpote à vero numine constitutus ac decretus; non tamen verus dicitur, quia non uti Deum decebat, Synagoga celebrabat. Adorator sibi gratus est, subdit Cyril. d. cap. 91. & 93. qui non forma & figuris Iudaicis ad pietatem obumbratur; sed Evangelica virtute refurgens, recta dogmatum disciplina veram peragat adorationem. Neque in monte, hoc neque in Hierosolymis adorabit. Arrogantiam & imperitiam utroque condemnat, adorandi modum ad sublimius, atque verius transferendum offendens. Quo quidem constat, dici verius, quod in religione & adoratione sublimina.

Cyrl. Alexand.

28 Qualibet in re usurpatur huiusmodi acceptio. Aurum dicitur verum, quod momentis plus pretiosum, magis purum, defecatum, nobile, regale, selectum. Vernacule: Esse es oro, nobile, excellentius, estimabilius, Plautus, quo dudum v. 2. 2. profert causam felivè in politicio feminarum cultu, dicens: Quae clausa est, nisi perculsa est, quae illata est. In Menach. Act. 4. scen. 2. v. 97. Vir virilis. Cicer. pro Caelio: Vir inter viros. Curtius, lib. 6. cap. 4. Exurgite, si viri estis, atque arma capesite. In Scriptura interdum. Eccli. 49. 17. Ioseph qui natus est homo. Quis ambiget? Tantum de excellentia loquitur; sicut Ierem. 4. 25. de ignominia: Non erat homo. Hoc in sensu Sauli dicitur, 1. Reg. 10. 6. Mutaberis in virum alterum, 1. Thim. 6. 10. Vera vita, vita aeterna. Ioan. 9. 14. Hic est verè Propheta. An alij falsi? Nullo modo. Qui veri, quasi non veri respectu excellentiae Christi. Pariformiter Veri adoratores, ait Brugenf. proprii, genuini, hoc nomine digni, exprimentes in adoratione veritatem, propter cultum divinae maiestatis excellentiorem. Appositè Chrysoſtom. in Ioan. Homil. 32. Dicendo veros, Samaritanos & Iudaeos à veris exceptit adoratoribus: & quamvis meliores Iudaeos, venturis tamen longe deteriores; quanto figura veritate inferior est, indicavit. Veri adoratores. Ecclesiam significat, quoniam verus & debitus Deo cultus, Iſa. Cyrl. d. Figuras legis in veritatem. & umbram in cultum spiritalem & placentem Deo Patri vivendi normam, per Evangelicam doctrinam transmutari insinuat. Veros adoratores, spirituales videlicet homines futuros asserit, ut plianore ad eum currant itinere. Metric. Iuenc. ubi num. 20. v. 288.

Et magis excellenti.

Brugenf.

Chrysoſt.

Cyrl. Alexand.

Iuenc.

Et nunc instantis cursus iam temporis arguet, cum veri Sanctum Genitorem, errore remoto Cultoris iustus armati legibus, orent. Spiritus ijs ac plena fides erit, & Pater altus Talia conquirit cultorum peiora terris.

Veritas religionis ad verum typum legit.

Rem. 2.

20. 2.

Cor. 3. 13.

29 Ex contextu clucet genuina auctoritatis expofitio. Veros, pro meo captu, adoratores arbitror dici, connotatione sequenti. In spiritu & veritate. Dum Samaritana loquitur de religione, ac religionis loco: locum Chriftus excludit, signas adorationem minime Schimatarum, sed Iudaeorum: quos quidem dicit adorantes, non veros adoratores: haud quia non adorant in spiritu; sed quia non adorabant in veritate. Adorabant in spiritu, etenim Numen spiritaliter, fide scilicet spe & charitate cordius colabant. Adorabant verè, haud superstitione, non fœticitè, non religionis inventione: ceterum haudquaquam adorabant in veritate, sed in ænigmatè. Non enim erat corpus, cuius cuncta legalia obumbrantes figura, & sub quibus Dominus se præceperat adorari. Unde cum vera adoratio in ipsamet veneranda adoratione, in spiritu consisteret ac veritate; adoratores veri adorantes, qui etiam spiritu ipsum Deum colabant sine figuris. In spiritu, non littera, Spiritu Dei vivi non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, per Christum ad Deum, qui & idoneos nos fecit ministerij novi testamenti, non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat. Chriftum enim habebant legalia, sed in umbra. Umbra enim habeni lex futurorum bonorum (inquit Paulus, Hebr. 10. 1. non ipsam imaginem rerum, Syr. Non ipsam rerum substantiam. Chrysoſt. Rerum veritatem, qua adoratores veri, ratione corporis Chrifti: ut idem Paulus aluit, Coloss. 2. 17.

Præ-

30 Præceptum itaque erat, ne extra Ierusalem, ubi templum sacrum, aliquod ferret, quantumvis in honorem, sacrificium, Deuter. 12. 5. & 2. Paralip. 7. 12. Hic locus ad vicissimas. In utrumque obijcitur Spiritus & Veritas. Spiritus opponitur loco, igitur testamentum novum in toto mundo. Templum suum Deus ubique collocavit; ait Augustin. in Psalm. 44. Deus non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indignis aliquo; cum ipse der omnibus vicam, & inspirationem & omnia. Act. 17. 24. Dixerunt etiam Ethnici. Zeno, & Plato, apud Laërtium in eorum Vit. Euripid. apud Clem. Alex. 5. Stromat. cap. 5. & Empedocel. lib. cap. 2.

Augustin. Adoratio vera non à idolo.

Eurip. Emped.

Senec.

Sed ab antiq. ma.

Construenda ab architectis, quae queat domus Corpus Dei plexu cohibere maniam? Quem mente aspicias, oculis nec cernere cures.

Veritas opponitur victimis legalibus. Colitur autem (ait Senec. Epist. 115.) non taurorum ovium corporibus contrucidatis, nec auro argentoque suspensio, nec in thesauros stipe infusa; sed pia & recta voluntate. Multa sacrificia Hierosolymis coecervata; sed coram veritate evanuit umbra: summatque in cultu accessit completivè desideratum honos quippe una oblatione confirmavit Chriftus in aeternum sanctificatos. Testamentum novum non per sanguinem hircorum aut vitulorum; sed per sanguinem Chrifti, quo sacrificio veri adoratores in spiritu & veritate: veritate, expulsi umbris; & simul spiritu depeditis locis.

Hendyadis

Spiritus & veritas a lo rationis, pro anor: & cogitatione adorantis.

Brugenf. Caetan.

Alapide

Alapide

Plaut.

Plaut.

Hebr. 9. 2

Legi nova correctis legibus.

Alai. 119

Et pro Iccircio.

Il. 66. 2

31 Per Hendyadym etiam possumus exponere testimonium, de quo schemata saepe egimus, ut illud Apocal. 19. 16. Habebat in vestimento & in femore suo scriptum; hoc est, in vestimento femoris. Virgil. 12. Aneid. v. 946. Furijs accensus & ira, nimirum, ira Furiarum. Haud secus possumus dicere pro Spiritu & veritate; adorationem in spiritu veritatis, vel in veritate spiritus. Hoc contra fallitatem: illud contra veterem legem; igitur abhinc holocaustis non delectabitur Deus. In spiritu veritatis, pro virtutes theologales expressas in religione. Animo & mente: Luc. Brugenf. d. In veritate spiritus, cognitione & amore. Sub spiritu voluntas, sub veritate intellectus comprehenditur; Caetan. hic. Dodo cognoscitur quod non cognoverunt Iudaei, nec incognita amare quibant; hæc quidem utriusque potentiae libertas per Chriftum collata; uti atruximus Tautolog. anteed. n. 46. Hinc Alapide ad Galat. 4. 25. Hæc libertas spiritualis (inquit) ex perfecta charitate, qua foras mittit timorem; provenit: per quam non servili timore, sed amore filiali, reverentique servitur Deo; inque non corporalibus ceremonijs, sed in spiritu & veritate. Discrimen utriusque observantia & reverentia signavi loc. cit. atque Plaut. & in Mostellar. Act. 4. scen. 1. a v. 1. & in Menach. 5. 6. à v. 20.

Metum ut mihi adimam, culpam abstineam. Servi qui culpa carent, & metuunt; ij Solent esse heris utiles: nam illi qui nihil Metuum, postquam malum promeritum est, metuunt.

Hic timor ex amore est spiritus veritatis, haudquaquam servilis veros per legem & in lege excludens adoratores. Audi Paulum: Hoc significante Spiritu Sancto, non dñm proplatum esse Sanctorum viam, ab hinc tabernaculo habente statum: quae parabola (sicut exemplar) est temporis instantis; iuxta quam munera & hostia offeruntur, quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis & in potibus, & varijs bapismatibus & iustitijs carnis usque ad tempus correptionis impositis. Venit correctio perfectum faciens servientem in gratia lege; & visi sunt veri adoratores, in spiritu & veritate.

Et pro Iccircio.

32 Sal enim legis infatuatum erat. Sal erat, quippe veri Numinis dignitati dicitur cultus & honor; infatuatum, quia cultus tantum exterior. Ea propter cum Deus respiciat sacrificantium corda & nequaquam sacrificia; dixit illis: Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? Diluxerunt enim in ore suo, ceterum corde mentiti sunt ei; igitur honor lingue; sed cor longe; ita infatuatum cultu externo; ut quem gravi iniquitate habebat offensum, arbitrarentur propitium, propter templi cultum, atque adorationis apparatus. Victimæ erant, sed sine sale. Veritas planè victimarum, sed sine spiritu. Spiritus est Deus, & (pro Iccircio) eas qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. In exteriori cultu, ut sit spiritus, requirit Magister caelicus veritatem; quippe quam dumtaxat gratis, prout in cultum ordinat interiorum; alias quae adoratio, erit illuso, odiosis sacrificijs ex rapina cordis in holocaustis. Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui exceret canonem: qui offert oblationem, quasi qui sanguis.

Tom. VIII. Taut.

Ii

gui.